

Graves pœna transgressorum.

Et infamia iuris & facti.

Ad Inquisitionem pertinet eius causa.

Sed non priuatiu.

Non est locus dispensationis Episcopalis circa illud quia Pontifici referuatum.

Rescriptum est generalis.

Pontificis nemo potest iurisdictionem ampliare.

transgressione seuerissimè punita : id enim ita debere fieri tradit Bernardus Diaz in Practicâ Criminali, Cap. 3. n. 2. & quia per leges non est specialis pœna assignata, debet esse arbitraria, vt ex eodem Auctore affirmat Menochius de Arbitr. Casu 407. & diuersas pœnas ex Auctoribus diuersis reipsa iniunctas refert P. Pellizarius Tr. 9. Cap. 4. n. 181. in quibus & trimerium per tres annos ex avaritia celebranti. Vbi & disputat an sit irregularis, & cù aliis affirmat, si crimen sit notorium, quia infamias infamia iuris & facti : omne enim delictum contra Religionem in cultu Sacramentorum est dignum depositione, & quod depositione dignum est, infamiam afficit delinquentem. Videatur ille; qui tamen non addit, quod addere poterat, delictum scilicet hoc ad Inquisitionis etiam Tribunal pertinere, ob rationem dictam, quia videlicet circa cultum Sacramentorum versatur, & suspicionem generare potest non bene de illis a transgressore sentiri. Præterquam quod assertio ista verbis, scriptis, & quotidianis operibus contestata, contra communem est Ecclesie sensum : quæ autem tales sunt, ad Inquisitionis Sanctæ Tribunal pertinere affirmant plures, vt videri potest apud Dianam Parte 4. Tractat. 8. Resolut. 94. An autem priuatiuè, negari verosimiliter potest, nam & praxis pro Ordinarijs facit, vt videri apud eos potest, quos adducit P. Pellizarius supra.

290 Dispensationem autem non posse in casu huiusmodi locum habere, ex dictis habetur, quandoquidem hanc sibi Pontifices referuauerunt. Cùm enim in Cap. Te referente mandatum habeatur, quo Episcopis iterata in eodem die Missæ interdictur celebratio, ex eo est omnino perspicuum eos non posse circa illud dispensare; alias mandatum esset inutile, quia in casu Textus causa dispensandi suberat, vt patet ex casus ipsius narratione, vt proponitur à Glossa. Et licet Pontifex circa singularem casum disponat, dispositio talis non est singularis, sed vim legis habet, quia est Rescriptum in Corpore juris positum, quod à Iurisperitis definitur, Responsum Principis faciens jus. Et quod generalis decisio sit, ex tenore ipsius constat, cùm ad omnes extendatur quacumque dignitate præfulgentes, vt num. 280. vidimus. Vnde & Episcopis circa hoc priuilegia à Pontificibus, & quidem cum limitatione magnâ conceduntur, vt vidimus num. 279. Ad quod dici nequit id, non ex necessitate, sed ex obseruantia erga Sedem Apostolicam fieri, sicut factum dicitur ab Episcopo Sipontino : quia Episcoporum mens alia proculdubio est, idè ad Sedem Apostolicam recurrentium, quia certè arbitrantur talem sibi non competere facultatem. Et verò si ex obseruantia tantùm, & non ex necessitate consultatio dicta processisset, verbo Mandamus vsus Pontifex non fuisset : non enim hoc obseruantia merebatur, vt scilicet potestas tolleretur ab eo, qui eâ vti noluit ob reuerentialem respectum, cùm potius eâ de causâ debuerit ampliari. Potest quidem aliquando contingere, vt aliquis recognitione iudicis aliàs non sui, illius iurisdictionem amplificet, de quo Doctores communiter : id tamen respectu Pontificis stare nequit, cuius est amplissima potestas, & nulli vnquam tollit eam, quæ competere potest, nisi id eius excessus mereatur. Et pro attentissima prouiden-

tia, vt subditis sua conseruetur auctoritas, cùm Pontificia protulio contingit, facit Cap. Cùm aliquibus, de Rescriptis in textu, vbi Bonifacius VIII. ita concludit : Si verò Canonorum receptio aliàs pertinet ad eosdem, non Apostolica, sed recipientium censetur auctoritate receptus : nisi quòd cum auctoritate nostra retiperent, in nostris Litteris cauere tur expresse. Sic ille. Benè ergo Dom. Villaroel. Parte 1. citata, Artic. 10. num. 143. admonet sententiam illam de amplissima Episcoporum potestate, de qua num. 281. plenam esse periculo.

191 Nec de hoc plura operæ pretium fuerit addidisse, vbi inter Catholicos, & obsequentissimos Ecclesie filios res agit; illam dignissimam consideratione sententiam animo retractantes, quam ex Pontificio Oraculo grauitè inculcatam habemus : vnã in die celebrare Missam sufficiat. Et quis tantus vt vnã ? notissimum illud Venerabilis & Apostolici Magistri Ioannis de Auila, qui cùm audisset mortuum Sacerdotem : qui vnã tantùm Missam dixerat, sic narantem subiunxit : habet ille assatum, de quo reddere debeat rationem. Ita ille de requisitis ad celebrationem tremendi sacrificij sentiebat. Non modica res est vnã Missam facere, & valde felix est, qui vnã dignè celebrare potest. Ex ore duorum testium omni exceptione maiorum stat hoc verbum, Alexandri inquam, & Honorij, quibus obaudiendum potius, quàm periculoso dictamini deuotionis nihil Deo magnum, nisi quod eidem gratum : & ita zelo gloriæ ipsius non est contra gloriam eiusdem militandum. Qui enim misericordiam vult, & non sacrificium, vult etiam obedientiam sacrificio, quantumuis sit illud magnum, anteferri. Vnde & Samuelis illud : melior est enim obedientia, quàm victima. 1. Reg. 15. vers. 22. vbi ex eo quod additur. Et auscultare magis quàm offerre adipem arietum : non debet suspicari quispiam priorem sententiam non esse ad victimam Eucharisticam referendam : verissimè enim referenda est; non quòd obedientia melior sacrificio secundum se sumpto, quod infinitæ dignitatis est, sed in fieri; ita vt obedientia, illius oblationem prohibens, dum impletur, melior sit actû ipsius oblationis; quatenus Deus hic & nunc magis vult obediri sibi, quàm sacrificium offerri : vnde & oblatio hoc modo, scilicet contra obedientiam facta, potest Deo non esse grata.

292 Est quidem verissimum quod Concilium Tridentinum de huius sacrificij munditia Sessione 22. Cap. 1. his exposuit verbis : & hæc quidem illa munda oblatio est, quæ nulla indignitate aut malitia offerentium inquinari potest. Sic ibi, & ex hac munditiæ inuolabilitate procedit, vt quoties Deo offertur oblatio ista, sit illi gratissima. Nilominus cùm ex Dei præscripto, cuius auctoritate Prælati Ecclesie præcipiunt, oblatio sacrosancta vetatur, & huic quis ordinationi se subicit, obedientia talis gratior Deo est, quia Deus non vult modò delectationem illam habere æternitate regulandam, quæ ex sacrificio illi poterat prouenire; & ita si hic & nunc illi offerretur contra suam voluntatem, minori voluptate frueretur : voluptas enim non semper maior, quia ex gratioribus secundum se sed quia magis iuxta præsentem dispositionem. Vnde licet mel ex se gra-

Studijs illius aliorum conseruanda.

Cap. Cùm aliquibus.

Vnam Missam dicere Sacerdotibus sufficit.

Dictum memorabile V. M. Ioannis de Auila.

Deuotione obedientia subiectam.

1. Reg. 15. vers. 22.

Idque Deo magis sacrificio placere.

Explicatur amplius, & vnde aliud quod Deo gratius.

Concilium Tridentinum.

tius

Non inde Deo minor gloria aut voluptas.

Rationem ex Dei gloria desumptam non debet probare.

ius palato sit, aliquid secundum præsentem statum potest esse magis gratum, quia magis appetibile : licet reuera si his & nunc mel gustaretur, gratum palato esset, cuius tamen gustu carere quis vult, altero minus ex se delectabili, sed nunc magis appetibili, fruiturus. Deo ergo non quod maius ex se, sed quod gratius secundum occurrentes circumstantias, offerendum. Nec putemus aliquid eius gloriæ decessurum ex eo quod sacrificij Eucharistici oblationem iuxta morem Ecclesie coarctemus, quia & sine hac gloria ante mundi constitutionem fuit, & sine ea est post finem mundi futurus : neque idè inglorius, quia in se ipso gloriæ cumulos omnes includit : & quod ad externam attinet, quod ex vno videtur deesse capite, ex alijs potest cumulatifimè compensare. Ad eum ergo modum voluptatem, quam ex iterati sacrificij oblatione habere poterat, subtrahat propter obedientiam oblationis gratissimo sibi oblequio compensat. Quod vrgetur ex eo quòd si respectus talis attendendus foret, multa licerent, quæ planè illicita sunt, vt Sacerdotem non ieiunium sacrificare, & sine sacris vestibus, lumine, libro, & alijs; ne scilicet Deus eâ priuaretur gloriâ, quæ ex sacrificij oblatione resultat. Ac præterea fieret Ecclesia non rectè disponere vt in Parasceue sacrificium non sit, & quod in triduo omnes non sacrificant sacerdotes. Pœnam item excommunicationis, suspensionis, & Interdicti non rectè Sacerdotibus infligi, cùm tot inde impediatur sacrificia, & sic Dei gloria valde minuatur. Quæ cùm dici fide constante, nequeant, fatendum necessario est respectum illum non semper vrgerè, & cum Dei gloria etiam ex multiplici illa dispositione queratur, varios esse modos, quibus suppleri illa possit, quæ ex sacrificij moderatione à suprema illius Maiestate captatur. Videatur Diuus Thomas 2. 2. quæst. 104. artic. 3. ad 3. Et P. Cornelius in citatum locum 1. Regum.

CAPVT XI.

De Priuilegijs circa Sacramentum Pœnitentiæ.

§. I.

An respectu Indorum sit peccatum aliquod referuatum, à quo absolueri nequeant approbati Confessarij.

Affertio 1. à Religiosis Societatis posse Indos absolui ab omnibus referuatis; sicut ab alijs priuilegiatis.

293 Deo primò. Religiosi Societatis, & qui eorum gaudent priuilegijs, possunt Indos absolueri ab omnibus casibus, Sedi Apostolicæ referuatis, nullo excepto. In huius Afferti confirmationem adducit Fr. Ioannes Baptista in Animaduersionibus pro Confessarijs Indorum sol. 151. priuilegium Societati concessum à Paulo III. in Bullâ Anni 1549. Kalend. Nouemb. Pontificatus sui Ann. 15. sapius à nobis citatâ, quæ incipit Licet debitum, & à Iulio III. confirmatum die 22. Octobris Ann. 1552. cuius Bulla incipit, sacre Religionis. Et portiori cautela etiam à Gregorio XIII. die 8. Septembris Ann. 1573. ad omnes Sacerdotes So-

cietatis extensa : quia concessio Iulij III. de Professis loquebatur, nec de Indijs, & transmarinis regionibus. Quæ ampliatio licet temporalis fuerit, perpetua denique facta est. Quæ omnia patere ait ex Litteris Apostolicis impressis, & ex Compendio Indico. verb. Absolutio, §. 1. & 2. cuius Adnotationem circa vsum cum solis Neophytis, & sine offensione S. Inquisitionis, vbi illius Tribunal extiterit, etiam adducit. Quod valde considerandum esse affirmat Mag. Alfonso à Veracrucce, apud ipsum. Addit à Gregorio XIV. die 22. Septembris Ann. 1591. extensam facultatem eamdem ad duo decennia : sed id non tollere nec infirmare præcedentis concessionis perpetuitatem, quia Gregor. XIII. firmam, validam, & perpetuam esse voluit donec per Sedem Apostolicam reuocaretur.

294 In quibus quod ad concessionem Pauli III. & Iulij III. attinet, ita profus est, quia in eorum Bullis id habetur manifestum : alia autem, licet ita in veteri legerentur Compendio, in nouo non ita habentur. Et in primis concessionis Iulij III. illud non meminit, forsitan quia tantùm de Professis illius concessio procedit : videtur autem commodè apponi potuisse, quia & speciale illud habet, vt de absolutione ab hæresi aperte loquatur : & valde expediens est vt Professi sciant quid sibi specialiter per Sedem Apostolicam fuerit attributum : circa hoc enim frequentes oriri solitæ quæstiones. Ex Gregorio autem XIII. concessio tantùm temporalis affertur, & eam vsque ad annum 1603. durasse in margine adnotatur. Alterius ergo perpetuæ mentio nulla, quia nulla reuera extat, licet nonnulli quoad concessionem huiusmodi ad Confessarios spectantem perpetuam esse contendant, de quo inferius n. 343. Extensio ergo temporalis licet iam expirauerit, nihil eius defectus incommodare potest, duplici concessione Pauli & Iulij suo in robore persistente. Quod enim Iulius de Professis loquatur, nihil obstat, quia Paulus absolute de socijs loquitur. Præterquam quòd etiam illius concessio ad sacerdotes quoscumque Societatis potest & debet extendi : quia absolute & omnimodè confirmat omnia ab alijs Pontificibus, & à se etiam concessa, quomodolibet, & sub quibuscumque tenoribus & formis. Neque item Professi in eâ proprietate sumit, quâ à non Professi in Societate discernuntur, sed secundum vniuersaliorem aliam significationem, iuxta quam aliqui dicuntur Religionem talem, aut tale institutum profiteri, sicut & dicuntur diuersorum statuum homines profiteri illos. Id quod ex verbis eiusdem Pontificis liquet, sic enim ait : Per te, vel alios Societatem ipsam professos. Vnde cùm addit inferius : Per te, & successores tuos, vel alios similitè Professos : eodem modo est intelligendus. Quod ad hæresim autem attinet in concessione Pauli III. contineri illam Societas iudicauit. Cùm enim concessionis Iulij III. in verb. Absolutio, non meminerit, in Adnotationibus cautionem addit circa illam, & cum Neophytis vtendum tantùm huiusmodi facultate præscribit. Expressio autem Indiarum, & transmarinarum regionum necessaria non est, quia illæ satis aperte sunt Pauli verbis comprehensæ, dum ait : In Sacerdotum, Paganorum, aliorumque infidelium terras, & prouincias

Priuilegia illius à Fr. Ioanne Baptista propofita.

Sed non ita esse omnia ostenduntur.

Extensio temporalis Greg. XIII. licet finita non incommodat. Et Paulum ac Iulium esse conformes.

Professi non tenent eâ omni proprietate seu iurisdictione.

4110

Hæresis ab-  
solutio ab  
viroque  
concessa  
Pontifice  
pro Indijs.

alias remotissimas, à quibus adiri non potest Sedes Apo-  
stolica. Quæ enim terræ aut regiones Indiciis  
remotiores? & vnde ad Sedem Apostolicam  
difficilior accessus? Non ergo est absolute nec-  
cessaria prædicta concessio. Circa quam dici  
etiam potest non improbabiler cum P. Quintana-  
nad. Tomo 2. Tractat. 6. Singulari 10. & Portel  
Tomo 2. Casu 13. num. 13. non expirasse, quia  
tantum habet vim declarationis, de quo num.  
129. Concessionis autem Gregorij XIV. mentio  
nulla in Compendio, pro quo videnda quæ dixi-  
mus num. 38.

Concessio-  
nes alia.

295 Adducit præterea citatus Fr. Ioannes  
Baptista concessionem alias, de quibus quæ gene-  
rales sunt, dicitur inferius, & præsertim Om-  
nimodam Adriani, pro qua etiam in fine Partis 2.  
Est autem magis specialis ad intentum, quæ ha-  
betur in Confessionali, auctoritate Limentis Cõ-  
cilij confecto sub finem, his verbis: Por Bulla de  
Gregorio Decimo tercio, à instancia de la Magestad  
Catholica, se concede à todos los Arzobispos y Obispos  
de las Indias, y a las personas à quien ellos en esta par-  
te cometieren sus veres, que quedan absoluer de crimen  
de heregia, y idolatria, y otros qualesquier casos re-  
servados, así en el fuero de la conciencia, como en el  
fuero exterior, à qualesquier Indios hombres y mugeres.  
Y así mismo à los que fueran nacidos de Indios y Mo-  
ras, y de Moros y Indias, imponiendales alguna pe-  
nitencia saludable. Y declara su Sanctidad que quanto  
à esto no estorna el uso declarado, que por la Bulla de la  
Cruzada no se concede absoluer de caso de heregia. Ex  
Litteris authenticis Gregorij XIII. Fne emiãdo este  
Breve por el Comissario General de la Santa Cruzada  
Don Thomas de Salazar. Y añadióse à los Privilegios  
vistos por el Santo Concilio Provincial por mandado del  
Reuerendissimo Metropolitanano. Sic ibi euideri pro-  
fecto alicui posset præfata sine privilegio licere:  
Episcopos enim posse à referuatis Pontifici ab-  
soluere, cum ille nequit adiri, vt in Indiis accidit,  
tenent ij quos Diana sequitur Parte 11. Tract. 8.  
Resolut. 1. & in defectu Episcopi Parochum, at-  
que in huius defectu simplicem Sacerdotem. Pro  
quo & Parte 5. Tractatu 9. Resolut. 6. §. Non desin-  
nam. Quod ad hæresim extendit P. Dicaillus  
Tract. 8. Disput. 11. num. 267. à Diana minime  
reprobatus. Et procedit quidem resolutio dicta  
in notoriis; nam pro occultis concessio est ma-  
nifesta. Quid autem notorium circa hoc dica-  
tur, videndum apud citatum Parte 11. Tract. 8.  
Resolut. 68. Addit autem citatus Fr. Ioannes Ba-  
ptista animaduersionem in hunc modum scri-  
bens: circa hanc concessionem animaduertendum est  
ex doctissimo Mag. Alfonso à Vera-cruce in suo Compen-  
dio, verb. Episcopus, quod Religiosi habent specialia pri-  
uilegia, vt possint omnia illa que Episcopus in foro po-  
nitentia. Sic ille. Quæ autem priuilegia hæc sunt ibi  
non explicat. Sed potest pro eo allegari concessio  
de qua Auctor idem fol. 363. n. 13. vbi sic ait:  
y despues el año de 1553. el mesmo Julio Tercero por su  
Delegado Iuan Poggico Cardenal, que estaba en España,  
dio poder para dispensar los Religiosos en la Nueva-E-  
spaña en Irregularidad contrahida, aunque sea ex homi-  
cidio voluntario, y para commutar los voros, que pue-  
de el Ordinario, y dispensar, y absoluer entodos los ca-  
sus, que puede el Ordinario, y otras cosas à este tono. Y  
que queda el Provincial con su Definitorio en cada Con-  
uento nombrar dos o tres Confesores, que el llama Peni-

Specialissi-  
ma ad in-  
tentum, ex  
Confessio-  
nali Hispani-  
ca lingua  
confecto, in  
XIII. con-  
cessionem.

Videri sine  
privilegio  
id licere,  
iuxta quo-  
rumdam  
doctrinam.

Etiã quæ  
ad hæresim.

Concessio-  
nes alia ad  
prædictam,  
nonnulla  
insuper.

Fr. Ioannes  
Baptista.

Iulij III.  
quæ ad per-  
delegatum  
in Hispani-  
a.

tencianos, que quedan absoluer de todos los casos refer-  
uados à los Dicesanos. Este priuilegio Original se guar-  
da en S. Francisco. Hæc Auctor ille.

296 Sed priuilegio præfato potest id statim  
opponi, quod multis aliis hoc tempore, esse sci-  
licet viuæ vocis Oraculum, vt ex concessionis  
tenore apparet. Cum enim à Pontifice per suum  
fuerit Delegatum Prouinciæ illi concessum, non  
fuit pro eo Bulla specialis expedita, licet testi-  
monium authenticum eiusdem asserueretur. Sic  
ergo concessum cum aliis consimilibus expira-  
uit. Nisi forte quis velit illorum se Doctorum  
opinione tueri, qui reuocationem Oraculorum  
non obtare contendunt, ex eo quod priuilegia  
sunt per Bullam generaliter confirmata, vt sic  
iam non Oracula, sed Bullata debeant reputari.  
Et alioqui constat Religiosorum priuilegia post  
concessionem dictam confirmata, reuoludata, &  
innouata fuisse, per ea, quæ adducit Ioannes de  
la Cruz in Epitome Status Religiosi Lib. 2. Cap. 3.  
Dub. 5. Conclus. 3. & Dub. 6. §. Si tamen, de quo  
& nos supra num. 219.

Obiectio ex  
eo quod vi-  
deatur vi-  
uæ vocis o-  
raculum.

Quid ad  
illam.

Probatio  
melior ex  
eo quod ca-  
sus desinam  
esse Papales  
dum Episco-  
pi conce-  
duntur.

297 Melius probari potest ex eo quod Re-  
ligiosi possunt absoluer à casibus, qui non sunt  
Papæ referuati, Indos præsertim pro quibus non  
solum illi, sed referuati etiam Papæ concedun-  
tur, vt vidimus num. 293. Eo autem ipso quod  
casus, de quibus loquimur, sunt concessi Episco-  
pis generaliter, & eorum officio, ac non perso-  
nis, quarum industria requiritur, adhæreant, desin-  
unt esse Papales: quod tenet P. Thomas San-  
cius in Opere morali Lib. 4. Cap. 54. numer. 27.  
& multi Recentiores. Constat autem industriam  
personalem non requiri ex tenore concessionis,  
cum in ea sic dicatur: Se concede à todos los Arzobis-  
pos y Obispos de las Indias, y à las personas à quien  
ellos en esta parte cometieren sus veres. Pro quo &  
videri potest P. Pellizarius Tract. 8. Cap. 3. n. 68.  
& P. Mendus in expositione Bullæ Disputat. 23.  
num. 63.

298 Dico secundò. Archiepiscopi & Epi-  
scopi, & ij, quibus ipsi commiserint, possunt In-  
dos absoluer ab omnibus casibus, nullo excep-  
to, Pontifici referuatis. Constat ex dictis num.  
305. & seqq. Non est autem necessarium quod  
commisio fiat pro casu singulari, sed generalis  
sufficit: quod probò, quia quando Concilium  
Tridentinum voluit commissionem generaliter  
non fieri, id expressit, vt in casu hæresis, pro quo  
Sessio 24. Cap. 6. & talis esse solet stylus Ponti-  
ficum: ergo cum in concessione prædicta non  
fiat, non est cur necessariò sit faciendum, assera-  
mus.

Afferio 2.  
ordinarios  
Prælatos  
Indicorum  
ab omni-  
bus absol-  
uere posse,  
& qualis  
pro eo com-  
missio suffi-  
ciat.

Dico tertio. Omnibus Indorum Parochis vi-  
detur facta commissio ad effectum dictum. Id  
constat. Quia cum maxime illis necessaria sit,  
neque Indi possint ad Prælatos remitti, aut facul-  
tas in casibus frequenter occurrentibus peti, ne-  
quit illis iuste denegari. Quando ergo officium  
Parochi tribuunt, etiam non exprimant, tacite ta-  
men illam conferunt, quia & pariter credendi  
sunt omne illud conferre, sine quo nequit offi-  
cium recte administrari, iuxta dicta n. 176.

Afferio 3.  
Parochis  
eam officio  
committit.

299 Dico quartò. Sacerdotes alij, qui ita  
approbantur, vt Parochorum esse adiutores pos-  
sint, eandem censendi sunt facultatem habere, ob  
eamdem rationem: immò & illis forte maior  
con-

Afferio 4.  
idem de  
condictori-  
bus.

Afferio 5.  
sicut non de  
communi-  
ter appro-  
batus, nisi  
vltus aliter  
ferat.

Quid ex  
Concilio  
Limentis.

Afferio 1.  
omnes In-  
diarum in-  
colas absol-  
ui posse à  
casibus  
Bullæ Cæ-  
næ.

Afferio 2.  
exceptio hæ-  
resis, quod  
ex Crucia-  
ta demon-  
stratur.

conuenit, quia facilius se illis Indi quam Pa-  
rochis credunt, & in quibus lapsi fuerint, ma-  
nifestant.

Dico quintò. Sacerdotes alij communiter ap-  
probati, facultates sibi concessas consulant, quia  
non eo ipso quod quis approbetur, censi de-  
bet ad ea approbari, quæ tanti momenti sunt, &  
quæ si generaliter essent omnibus concedenda,  
frustra Prælati supremis fuissent concessa, & iis,  
quibus illi concedenda iudicarent. Si autem ex  
vltu aliud habeatur, & Prælati circa hoc nullam  
soleant limitationem adicere, nec curent vt ad se-  
talia crimina deferantur, aut specialis commissio  
postuletur, iuxta stylum huiusmodi proceden-  
dum, quem communis Scriptorum doctrina  
complectitur. In Concilio autem Limentis Ter-  
tio Act. 2. Cap. 17. omnibus Parochis & Confes-  
sariis approbatis casus prædicti conceduntur, op-  
timè reddita ratione. Vide infra num. 431. qui-  
nam autem Indorum nomine comprehensi de-  
beant intelligi, diximus. num. 129. & 130. Vbi  
& de mixtim progenitis; quamuis concessio, de  
qua num. 295. de mixtim progenitis ex Indis &  
Mauris tantum videatur procedere.

in eâ enim suspenduntur facultates & concessio-  
nes, quæ contrariæ sunt conuenienti Bullæ ex-  
pediti, de quo supra Titulo 5. Cum ergo pro-  
hibetur absolutio ab hæresi, non solum prohibe-  
tur ne quis virtute Bullæ possit absoluer, sed et-  
iam ne absolute possit, quia facultas illa valde  
contraria est: et si prohibito non esset vniuersa-  
lis quoad personas, de quibus agitur, prohibi-  
tio esset ferè nomine tenus: cum possint fideles  
non obtante illâ facillimum ad Religiosos re-  
cursum habere. Quæ ratio probat saltem durante  
publicatione Bullæ, id non licere. Si autem con-  
tingeret Bullam non publicari, adhuc videtur  
prohibito subsistere: nam Pontifices ideo pro-  
hibent absolutionem, cum publicatur Bulla, quia  
vt ipsi aperte significant, grauissimi esset incon-  
uenientis talem concedere facultatem, vbi Tribu-  
nal S. Inquisitionis existit, contra hæreticam pra-  
uitatem principaliter institutum: ergo cum in-  
conueniens idem sequeretur, si Religiosi ad ab-  
solutionem dictam generali priuilegio gaude-  
rent, minime credendum est aliam esse circa hoc  
Pontificum voluntatem.

Et etiam  
eius publi-  
catione non  
stante.

Afferio 3.  
licere vbi  
non est In-  
quisitio.

Adnotatio  
Compendij.

Plurimum  
concessio  
Pontifici.

Quid iuxta  
illam de-  
ducendum.

§. II.

An quod de Indis dictum est, ad omnes  
Indiarum incolas possit extendi.

300 Dico primò. Absolute loquendo om-  
nes Indiarum incolæ absolui possunt  
à casibus Pontifici referuatis, etiam in Bullâ Cæ-  
næ contentis per Religiosorum priuilegia. Pro-  
batur clarè ex priuilegijs adductis Pauli & Iulij  
Tertij, ac Gregorij XIII. num. 303. illa enim de  
omnibus Indiarum incolis procedunt, dum dicitur,  
Fideles ibi commorantes. Et ita absque vlla  
dubitatione proponitur in Adnotationibus ad il-  
la, dum moderatio circa illorum vltum indicitur,  
& inter Neophytos, ac Christianos alios diuer-  
sitas constituitur. Quæ quidem omnibus in pri-  
uilegijs communicantibus debent attendi, & ita  
Mag. Alfonso à Veracruce in suo Compendio,  
quem adducit P. Ioannes Baptista fol. 150. pag.  
2. valde hoc considerandum esse ait: quia verò  
Adnotatio prædicta ad solos Societatis alum-  
nos spectat, viderint alij quid sibi ex vltu liceat,  
& priuilegijs iuxta proprium vtantur institu-  
tum.

302 Dico tertio. Vbi non est Inquisitio, si-  
citur est vltus priuilegij prædictus. Ita supponitur  
in Adnotatione ad illud verb. Absolutio: vbi sic  
dicitur: nec in locis, in quibus Officium S. Inquisi-  
tionis residet, hac facultate vtuntur, nisi cum solis Neo-  
phytis, & eâ moderazione vt Inquisitores nullaratio-  
ne offendantur. Sic ibi. Supponitur ergo in locis,  
in quibus Inquisitio non est, cum omnibus facul-  
tatis prædictæ vltum licere. Pro quo & est pri-  
uilegium aliud à Paulo V. & Urbano VIII. cum  
temporis limitatione concessum, & ab Innocen-  
tio X. confirmatum & innouatum, licet tempo-  
rale etiam sit, sed à Successoribus dubio procul  
continuum, in quo sic dicitur: insuper Pres-  
byteris eiusdem Societatis IESV, quos in Saracenenorum,  
& aliorum infidelium terras, & alias vtriusque Indis,  
& transmarinas regiones maris Oceani, ad quas Hispani  
& Lusitani penetrant, ac prouincias remotissimas,  
vbi non est Inquisitio, & fideles inter infideles degunt,  
neque Ordinarij saltem inter duas diocesis existunt, huius-  
modi facultatem habentes, Præpositus Generalis mi-  
serit: Christianos in eisdem prouincijs, Indijs, & regio-  
nibus commorantes, ab omnibus peccatis, sententijs,  
& Censuris, etiam in Bullâ Cænæ Domini contentis,  
& referuatis, etiam gratis absoluedi facultatem &c.  
Circa quam concessionem non videtur posse du-  
bitari aliquid concedere voluisse Pontificem  
quod antea per priuilegia non licebat. Cum e-  
nim asserant illi ad huiusmodi concessionem Præ-  
decessorum suorum vestigijs in hætere, argumen-  
tum inde minime dubium desumitur eisdem con-  
cessionem eorum innotuisse: & quid perpetuum,  
quid temporale, quid cum restrictione, quid sine  
illa, ministris Indicijs indulsissent. Priuilegia ergo  
habuisse illos ad absoluedum à casibus in Bulla  
Cænæ contentis fideles omnes in vltamarinis  
partibus consistentes, sine restrictione vlla, per-  
spicuum fuit: vnde restrictionem addere minime  
voluerunt. Quod ex eo etiam ostenditur, in eor-  
um concessionibus occurrente: nam ad illas fa-  
ciendas farentur se Præpositi Generalis supplica-  
tionibus inclinatos, vt videri in eorum exordijs  
potest. Præpositi autem Generales aliquid obti-  
neri suis supplicationibus sunt conati, quod alias

301 Dico secundò. Quod ad hæresim atti-  
net, vbi est Inquisitio, nequeunt Religiosi vi pri-  
uilegiorum dictorum Hispanos, & Europæos a-  
lios absoluer. Id probò. Nam virtute Bullæ  
Cruciatæ nequit absolui, sic enim in ea expressè  
habetur, neque oppositum potest tunc sustineri  
ob declarationes Pontificum, pro quibus videri  
potest P. Mendus Disput. 23. citata, Cap. 8. Item.  
In Edicto Inquisitionum promulgata est prohibi-  
tio specialis circa hoc SS. D. N. Alexandri VII.  
pro Iubilæo ab eodem concessio. Ex quibus vi-  
detur constare virtute priuilegiorum id præstari  
non posse: si enim posset, prohibitiones dictæ  
essent prorsus inutiles, cum adeò facillè possit  
absolutio per priuilegia Religiosorum obtineri.  
Videtur autem id ex tenore Bullæ aperte deduci: